

sine fide esse, est culpa actualis. Ergo Articulus protestantium negat culpam originalem.

NOTA. *Confutatores in Comitiis*; & postea, *Iohannes à Daventria*: *Iohannes Coclæus*: *Iohannes Hoffmeisterus*, definitionem hanc miris modis exigitant: *Quibus tamen contradicit Alfonsus Virvesius philippicâ tertiam*; sic scribens: De peccato Originis, quod Secundus Articulus Confessionis vestræ continet, idem mihi visus est unâ nobiscum sentire Philippus, quod Theologi docent, & à cunctis fidelibus creditur: iccirco præter verborum novitatem, NIHI L Confessio vestrâ DIFFERT à FIDE CATHOLICA. *En tibi andabat*, & egregium Ecclesiæ Romanae Consensum, & concordiam.

77. Item: Sine metu Dei & sine fiducia erga DEVM esse, est culpa actualis hominis adulti, inque infantem recens natum, qui rationis usu non pollet, non cadit secundum illud, Deut. 1, 39. Parvuli tui, qui hodie boni malique ignorant distantiam. Ergo de peccato originis minùs responde docent protestantes. vide Harm. Andr. Fabritij. pag. 14, a. Coclæus ibid pag. 22. 6. Hoffmeisterus: ibid. pag. 25.

L 3 Ad